

Magistri Rationales Magne Re
ginalis Curie. Aquis Residentes.
Offitialibus Curiarum Reginalium
Ciuitatis Nitie. Comitatus. Vinti
milij. et uallis lantusce. et eorum Cuilibet
seu locatenentibus eorumdem. Salutem et
amorem sincerum. Ad aures nostras de
ductum est nouiter. pro parte Emptorum
Jurium Gabelle salis. et Ripagij cum pon
dere fusteri Ciuitatis Nitie. Quod Nonnulli
homines et persone alie locorum diuersor
tam per mare. quam per terram diuersimode.
nituntur fraudare. Jura ipsius Gabelle et i
dicti ripagij. ut potee aliqui congregationes
illicitas. et in locis non solitis de sale faciendo
et alij venditiones et transductiones ieptas
fatiunt. Alij uero Jura ipsius Ripagij. non
soluendo prorsus conscientia. Gabellatorum
ipsius Gabelle inconsulta. Nos uero prout
nostro incumbit offitio talium malitijs. ob
uiare remedialiter intendentes. Cum per
ipsum offitium intendamus. Jura ipsa manda
re et facere. a quibuscumque incontaminata
seruari. Prouidimus preconizationes In
frascriptas per loca sub particulariter deno
tata. nomine et pro parte Curie protinus
diuulgandas. Quare uolumus et uobis
Reginali auctoritate qua fungimur. harum
serie. expresse precipimus et mandamus.

13

quatenus quilibet uestrum per loca uestre diti
oni decreta. more et ritu solitis. statim rece
ptis presentibus publice preconizari et diuul
gari faciatis. preconizationes Infrascriptas
et ipsas diuulgatas in Cartularijs uestre. Cu
rie describi una cum forma presentium seri
osius et distincte faciatis. Et nichilominus
Emptores ipsius Gabelle et Ripagij. manute
neatis et deffendatis in dictis Juribus. Au
xilijs Consilijs et Fauoribus oportunis dum
fueritis per ipsos seu ipsorum Factores requisiti:-

:- preconizationes :- :-

Et primo. Quod nulla persona cuiuscumque
condictionis existat de vicarijs et bauu
lijs que consueuerunt et debent sal recipere i
Gabella Nitie. audeat de cetero sal recipere
alibi quam in Gabella ipsa. sub pena librarum
Centum et amissionis salis et animalium
cum quibus portaretur :- alia preconizatio secunda

Item quod Nulla persona cuiuscumque con
dictionis existat. audeat seu presumat
facere aliquam salis congregationem. Infra
districtum dicte Gabelle. nisi in locis solitis
et consuetis. absque licentia Emptorum
dicte Gabelle Sub pena predicta :-

:- Alia tertia :-

Item quod Nulla persona Cuiuscumque con
dictionis et status fuerit seu existat. Ex
trahat per se uel per alios seu extrahi faciat

7.7 Statut de la gabelle de Nice, début XVe siècle. AD06 Ni mazzo 3, n°14